



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

8. De consensu contrahentium matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

Sanchez de Matri. l. 7. diff. 14 n. 29 T itaque d. loc. n. 37. Ideoque si pubes & impubes, vel duo impuberis, non proximi puberrati, & in quibus & etiam malitia non sufficit, per verba contractae int de praesenti, nullum inter eos erit matrimonium: Adeo ut ne quidem per adventum pubertatis convalescat, nisi jute veteri per carnis copulam subsecutam: Vel aliquem modum alium contrahentis eosdem cum ejusdem perseverantia voluntatis, ad pubertatis tempora pervenisse constitetur evidenter, d. c. unico §. 1. de desponsat. impub. in 6. Matrimonium tamen ita contractum ex juris interpretatione resolutum in sponsalia de futuro, inducitque Justitiam publicæ honestatis, d. c. unico §. 1. in fine ut scilicet actus, qui non valet, ut agitur saltem eo modo valeat, quo valere potest. Uno tamen calu matrimonium inter impuberis contrahi potest & contractum toleratur, ex Constitut. Nicolai ap. in c. 2. inf. de desponsat. impub. nempe urgentissima aliqua necessitate interveniente; ut pro bono pacis.

§. VIII.

De Consensu contrahentium matrimonium.

1. *Matrimonium citra consensum mutuum iniri non potest.*
2. *Et ad hoc virtualis sufficit consensus.*
3. *Exprimi debet signo aliquo exteriori.*
4. *Debet esse liber ab omnijusto metu.*
5. *Nisi is purgetur vanus metus non excusat.*

Requiritur quoq; admatrimonium vel maxime mutuum consensum illud contrahentium, satis constat ex c. Cum locum 14. & alii b. 1. quia is solus, & non concubitus, nuptias facere dicitur: Et inter invitatos aut dissidentes, non contrahitur matrimonium, l. Si parte cogente 22. l. In uitam 29. D. de ritu nupt. adeo ut nulla auctoritate humana iniri possit matrimonium citra interventionem hujus mutui consensus, eo quod, ut alias rationes omittam, matrimonium sit contractus quidam, de cuius essentia est consensus contrahentium.

2. Necesse tamen non est, hunc consensum esse formalem, sed sufficit virtualis, qui presupponit actualem præcessisse. Nam placuit per procuratorem, initi matrimonium posse, dum temen ad hoc speciale habuerit mandatum de

certa ducenda, quod medio tempore non fuerit revocatum fin de procurat. in c. Hoc enim calu, licet dominus eo tempore, quo procurator ejus nomine contrahit, nihil minus cogite, quam de matrimonio substitut matrimonium, & videtur contrahitur, quia sufficit, quod consenserit, & in eo proposito permanenter, donec consensus alterius ex post facto accesserit: Siquidem hoc modo & alii contractus, qui consenserunt inuenior, inter absentes per nuntium vel epistolam celebrari possunt, l. 1. § fin D. ac contrah. empti.

Debet autem consensus hic conferti in murum corporum potestatem & veluti dominium ac traditionem, non verò in ipsam copulam carnalem, nisi implicitè, quia illa non spectat ad essentiam matrimonii: Ut patet ex ante dictu, & ex can. Beata & duobus seqq. xxvii. q. 2.

3. Præterea exprimi aliquo signo exteriori, ut utriusque innotescat. Nihil tamen refert, ad verbis, an nutu, vel alio indito exteriori à contrahentibus exprimatur, c. Cum apud sedem 23. t. *Tua fraternitatis* b. 1. Cum etiam mutus matrimonium recte contrahant per consensum signis expressum. Cur autem mutus matrimonium porius nutu contrahere valeat, quam Sacerdos nutu pœnitentem absolvere, ratio haec est, quia matrimonium habet formam contractus, qui ex natura sua celebrari etiam inter mutos atque absentes potest. At verò Sacramentum pœnitentiae habet formam iudicis, in quo pronuntianda est à Judice sententia, auditio prius & examinatio reo: Jam autem mutus natura prohibetur esse Judex, l. Cum prater 12. §. noua- tem D. de iudicis.

4. Insuper consensus liber sit necesse est ab omni metu, qui possit in virum constantem cadere, cap. Veniens 15. b. t. id est, qui prudentem & constantem virum meritò promovet ad matrimonium, tanquam ad minus malum: Qualis est metus mortis, mutilationis, servitutis, verberum, longi carcenis, exilio, stupri, amboonis bonorum vel majoris partis, excommunicacionis injustæ & sublatu difficultis, ac denique omnis, qui respectivè meritò gravis celeri queat. Quod vir prudens arbitrabitur. Nam rali metus matrimonium, quod maximè librum esse debeat, reddit nulium, de c. Cum locum & alii hostis, etiam si consummatum fuerit: Id que ex constitutione humana, ob defectum suf- ficiat.

sientis & plena libertatis, non verò jure naturali aut divino praeclere, ex defectu libertatis, ut vult Covar, quia quæ metu sunt, sunt absolute libera, possuntque esse meritoria vel demeritoria, licet secundum quid sint violenta ex 8. Et sic c. t.

Nihil autem interest, an contrahens sua culpa, an aliena inciderit in hunc metum, ut pareat in eo, qui deprehensus in stupro cum puella ad matrimonium cum ea contrahendum stricto pognoe adigitur d. cap. *Veniens* 15. *junctio* d. cap. *Cum locum hoc e.* dummodo incusus merus in justè fuerit in ordine ad extorquendum consensum matrimoniale. Nam si quis justè adjudicatus suspendio ob metum mortis cum mere trice vel alia simili persona, ut subinde sit, contrahat, vel per excommunicationem cogatur contrahere eum ea, cum qua se contracturum juravit, tenet matrimonium.

5. Ajusto verò metu recessum videbitur, si metum paetus passave sponte alteri contrahentium cohabitaverit. Ad id 21 b. s. aut corpus illius commiscuerit: conyalescit enim ejusmodi matrimonium novo succedente consensu liber, saltem tacito.

6. Cæterum vanus timor matrimonio contrahendo nihil obest. I. *Venit timoris* 84. D. *de Regula Iuris*. Cujusmodi esse metum reverentiam venius viderut, quo filius vel filia ob reverentiam parentum, nullis verbis, minis, aut alio justo metu, adacta in matrimonium obligatum consentit, arg. l. Si pater cogente 22. *de ritu nupiarum*.

§. IX.

De consensu parentum, an is necessarius.

1. *Iure Civili* necessarius est.

2. *Iure Canonico* de honestate dumtaxat.

1. Differunt hac in parte Jus Civile & Canonicum. Nam Civile eorum, in quorum potestate contrahentes, consensum, & quidem præsumit exigit, *Institut. de nupt. in princ.* adeò ut licet nupia sine parentum consensu contractæ, hoc iure, contemplatione publicæ utilitatis, non dissolvantur, *Paulus* 2. *Sent. Tit.*

20. nihilominus tamen injustæ atque illegitimæ, injustique & illegitimi ex eis suscepiti liberi cœntantur, l. *Paulus* 11. *D. de statu hominum*. Impunitamē tamen filii filiae sine patris, in cuius sunt potestate, consensu contrahant, si is ante vicesimum quintum annum ætatis conditionem eis non querat, aut injuria prohibuerit ducere uxorem vel nubiles, l. *cap. 19. de ritu nupt. vel patrem furor occupet, Institut. de nupt. in princ. vel captivitas*, l. *Si ita 9. I. seq. D. d. t. Matris curatorum, & aliorum, in quorum potestate non sunt contrahentes, consensus nō videtur necessarius*, l. *In copulanda Cod. de nuptiis*. Similiter filius filiae emancipata sine consensu patris uxori ducere & nubere potest, l. *Filius 25. D. de ritu nupt. nisi æta teaduic minor sit, hocenim casu lex assensum patris exigit*, l. *In conjunctione 10. C. de nuptiis*, licet vidua sit, l. *Vidua 18 Cod. cod. Præsumitur autem consentire pater, favore matrimonii, qui sciens illud contrahere non contradicit*, l. § 1 *D. de sponsal.*

2. At verò Jure Canonico honestum quidem est adhibere consensum parentum, e. i. *inf. de sponsal. impub.* Idque suader ratio naturalis. Et quidem multo magis expedit adhibere in matrimonio, quam in sponsalibus, propter indissolubile vinculum, quod inducit, ut ubi periculum majus intenditur, cautius etiam agatur. *Vbi periculum 3. de elec. in 6. maximè ex parte filiarum, quatuor sexus & infirmitas paternæ prædictæ vel juris subsidium desiderat*, l. § 2. D. *Ad S. C. Vellejanum*, quippe qua plerumque maiorum oscillatione adversus propria commoda consensum præbent, l. *Si pater Cod. de sponsal.* Indeque sit, quid multi Canones matrimonia sine consensu parentum contracta damnant, ut can. *Nostrates & alii* XXXII. q. 2. Veruntamen id necessarium non est, sed sufficit consensus eorum, qui contrahunt, ut pater ex eum *Sufficiat XVII. q. 2. & Conc. Trid. Sej 14. c. 1. de reform. matrim.* ubi auathemate damnant affirmantes, matrimonia à filiis sine consensu parentum contracta esse irrita, & parentes ea ratificare vel irrita facere posse, ed quidem matrimonia debeant esse libera. Cui favet etatio, quid in iis, quæ ad Sacra menta pertinent, non consideretur patria potestas, e. fin. *de judicis in 6.* Hinc merito Covar. 2. p. *de sponsal.* c. 3. §. 5 docet, filiam sine consensu patris nubentem non posse exhereditari, licet turpi, vel indigno nubat, ante ætatis